



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Caput XIX. De Primitiis & Obaltungibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

17 Idem servandum est in venditis fructibus decimorum; ut & in his laicus Judex a deo sit, siemper laicus sit, ob eamdem rationem. Atque haec hactenus de decimis. Nunc de primis & obla-

tionibus, quæ & inscriptione ejusdem sit. Decretum de decimis continentur, breviter dispi- ciamus, ut ita tractatus noster plenior sit & per- fector.

C A P U T X I X.

De Primitiis. & Oblationibus.

S U M M A R I A.

1. *Primitia quid, in quem usum & quo iure instituta.*
 2. *& 3. An iuris divini vel naturalis sint.*
 3. *Vi primitiae iuris naturalis sunt, cum explicatione l.*
Si et si 2 & §. consuluit D. De petit. hered.
 4. *Religio erga Deum ut naturalis iuris est.*
 5. *De quantitate primitiarum.*
 6. *& 8. De oblationibus in genere & specie.*
 7. *Præceptum veteris testamenti de oblationibus à Gre-*
gerio Pont repetitum an hys.
 8. *Differentia primitiarum, oblationum & decimalium.*

Primitiae sunt prima frugum obuentio sive
eius pars Domino offerenda, in usum sacer-
dotum, c. 1. *De decimis*, quæ & in veteri Testa-
mento non minus quam decimæ solvabantur.
Erodii 22. *Decimas* suas & *primitias* tuis non tardabis
reddere: & eod. lib. cap. 23. *Primitias* frugum terra tua
deseres in domum Domini Deitut. Et *Malachia* ter-
tio capite conqueritur Deus de Judæis de non so-
lutis decimis & primitiis. *Instituta* vero erant, ut
populus *primitias* offerendo gratias ageret de be-
neficiis a Deo recebris. D. Thom in 2.1 quaest. 86.
art. 4 *in respons.* *Has* & *saci* Canones postea pro-
barunt, & securi sunt in can. *Moderamins*, in can. *Do-
dos* & in can. *Revertimini* xvi quaest. 1. gregorius VII.
in Conc. Lateranensi: Operiet autem congruentius, in-
quit, nos decimas & primicias, quas jure sacerdotum esse
sancimus, ab omni populo accipere. Refert Gratianus in
can. 1. xvi. quaest. 7. Quo fit, ut *primitiae* in Eccle-
siarum bonis numerentur, c. *Causa* 13. inf. *De verb.*
signis.

² Sed quæstionis est, An primitiæ juris divini sunt? De jure veteris Testamenti non ambiguntur, ut probant supradicta loca. Neque obstat aliud locus Exodi 25. cap. Loquere filii Israhel, ut tollant mihi primitias, ab omni horne, qui offerit ultra novus, accipietus es. quasi primitiæ non præcepti, sed arbitriariæ fuerint. Sed respondetur, primitiarum nomine ibi accipiea, quæ populus offerebat ad tabernaculi fabricam & ornatum. Azorius Inst. Moral p. 1.

lib 7 c 27. Ut cumque id sit, certum est hoc preceptum veteris Testamenti, ut & catera precepta, per Christi mortem abolitum esse, ut probavimus supra cap. 3.

I. Nihilominus putat Pet. Rebussus in tr. de Daci-
mis quasi i. nro. 2. 1. camnum seq; primicias ad huc ho-
die esse divini juris, seu potius, ut mentem ejus
interpretor, juris naturalis, quia illa in compen-
sationem sive indicium praestantur beneficiorum
a Deo receperorum. At naturale jus dicitur se gra-
tum praeberere oportere ei, a quo beneficium acce-
peris. Quod & existimat Dominicus Soto lib. 9. de
Inst. quib; 3. art. 4. D. Thom. vero 2. 2. quib; 8. 6. art.
4. ut eum allegat & sequitur Azor. d. c. 27. vers. 5. qua-
ritur, primicias partium naturalis juris esse vult,
partim juris Canonici. Quemadmodum enim, art.
decima iure naturali debetur & solvuntur, quandocunque
necessaria est ad commodeum Parochi viatum, vel ad pro-
ficiendum supremum Dei in res omnes dominatum & im-
perium; focus vero, non naturali, sed Pontificio iure debe-
tur (ut & supra d. c. 3. explicavimus:) sic etiam pri-
mitia, quatenus fundatissimum sacrum & honorem, ad
cultum divinum, naturali iure solvuntur; secus vero iure
tamum Pontificio. Hac Azorius d. cap 27. Idem
Gregorius de Valentia Comment. Theo.og. tom 3.
disp 6. quest. 6. punto 4. in fine, sed paulo aliter, cu-
jus haec verba sunt: Primitiae non ex aliquo naturali
aut divino precepto, hoc quidem tempore offerri debent
(cum his preceptis satisfiat sustentando quocumque modo
sufficienter ministros, & offerendo qualescumque alias res
externas in honorem Dei); sed ex decreto Ecclesie, juxta re-
ceptam locorum consuetudinem & necessitatem ministro-
rum Ecclesie. Citat ibidem & Sylvestrum V. Decime
num 3. ubi referre eum afferentem, posse tolli obli-
gationem solvendi primicias per contrariam co-
luctudinem, eo modo, quo potest al. cubi tolli per
contrariam consuetudinem obligatio solvendi
decimas.

Quæ eris vera concedamus, non tamen tollunt
rationem illam, quâ primitiae institutæ dicuntur;
videlicet ut primicias offerendo Deo gratia red-
dantur, quod juri naturali conveire videtur, ac
super

Suprà dictum est. Nam & hinc voluit Rebuff. in d. quest. i. n. 21. Et seq. non valere consuetudinem, ut nihil pro primitiis offeratur Deo; cùm juris naturalis præcepta divinâ quadam providentia constituta sint, adeoque immutabilis permaneant, ut loquitur Iustin. in § penult. Inst. De jure naturali.

4. Sed huic facile occurrit, quòd ratio primariam ad præcepta juris naturalis referri non possit, sed ad solum instinctum naturale, quo solemus propendere in benefactores nostros, non per speciem obligationis, sed liberæ remuneracionis. Quod satis liquet ex Ulpiani responso, in. S. de si lega 2. § consilium D. De petu. hared. quo liberalitas nullam obligationem & actionem inducit contra eum, qui liberalitatem expertus est: alioqui ea in petitionem hæreditatis veniret. Nat. naturaliter 9. Et passim legib. seqq. D. eod. ut. Ergò primitiae verè juris naturalis non sunt.

5. Scio quidem religionem erga Deum esse juris naturalis, ex l. 2. D. De iustit. & iure, sed id in genere verum est, ut aliquo sitrem religiosi cultu Deum agnoscamus; at in specie, ut hoc vel alio certo modo divinus cultus Deo exhibeat, ad ius naturale non pertinet, sed id sit vel ex ordinatione Ecclesiæ, vel pro cuiusque nationis lege, siemotibus, sive arbitratu.

6. Quà autem quantitate primitiis solvenda sunt, non ex veteri lege constat, nec Ecclesiastica: nisi quòd in veteri lege ex traditione Magistrorum inoluerat ad coercendam avaritiam istorum sacerdotum, at illi, qui quadragesimam partem solvent, maximam dicentur præstare, qui sexagesimam, minimam partem: cæteræ portiones intermediae offereント arbitrio reliqua erant, c. 3. hoc iiii. De decimis. In lege Ecclesiastica ne quidem illa talis ratio est; sed hodie consuetudinem loci sequimur, ut nota in d. c. i. Innoc. At putat Azorius d. cap. 27. usu & consuetudine primitias magna ex parte sublatas esse, & legem de illis solvendis ferè ubique antiquam: & ubi hujusmodi lex erat, minimè primitias solvi, nisi pertinuerat à Clericis.

7. Jam quod ad oblationes atinet, Eas dicimus, inquit textus in Causa 13. inf. De V. S. quecumque de propriis & licitis rebus Ecclesia à fidelibus offeruntur; sive id stat in ultima voluntate, sive inter vivos, tam de rebus immobilibus, quam mobilibus, per text. in cap. Cum inter 24. inf. d. tit. De V. S. can. Statuimus 6. xvi. quest. 2. Panorm. inde Causa.

8. Sicut igitur quando aliquid homini donatur, dicitur donatio, ita quando Deo sive Ecclesia, ob-

latione à iure nominatur. Consuetudine tamen ipso-
cialiter obtentum est, ut ea, quæ sub Missis sacri-
ficib. offeruntur, solo oblationis nomine contine-
antur, quorum meminit textus in can. Omnis Christia-
nus de consecr. dist. 1. in can. Duo in fine XII. quest. 1.
in can. Qui sacerdos, cum e fin. 2. quest. 1. videnturque
hæc speciales oblationes inductæ ad imitationem
veteris Testamenti. Cum enim Exodi cap. 23. di-
ctum esset: Non apparebis in conspectu meo vacuus; Gregorius VII. in Synodo Romana id traduxit
ad Missarum oblationes in d. can. Omnis Christianus,
ita in quicunque: Omnis Christianus procuret ad Mis-
sarum solemnia aliiquid Deo offerre, & dicere ad memo-
riam, quod Deus per Moysem dixit: Non apparebis in con-
spectu meo vacuus.

Unde hic incidit questio: An ad hujusmodi oblationes Missales ex præcepto obligemur? Et magis est, quòd non: eo quòd præceptum sit ve-
xoris Testamenti ceremoniale, quod utique per
mortem Christi sublatum est, ut supra latius pro-
bavimus cap. 3. Et facit c. unicus sup. Depurificat post par-
sum. Neque movere nos debet, quòd à Gregorio
VII. ut antea dictum est, rursus repetitum & reno-
varum fuerit apud Christianos; quia id usu populi
recepimus non est, ut necesse est, in qualibet
constitutione, quæ ante non ligat, quæm moribus
utentum approbata sit, can. in iis 8. leges cum c. seq.
dist. 4. vel saltem in dissuetudinem abiit. Quare d.
can. Omnis Christianus, carenus servandus est, qua-
tenus dicta consuetudo loci offerendum esse sub
Missa; ita quòd hæc consuetudo obligandi ani-
mo introducta fuerit: quod inde colligitur, ubi
hæc oblationes in Clericorum necessariam susten-
nationem aut in fabricam sive alium usum pium
conferuntur. Alioqui si per modum liberæ devo-
tions hæc oblationes siant, consuetudo loci nemini
obstringit, ut eleganter explicat Dominicus
Soto, quomodo vide, de iustitia & iure, lib. 9. quest.
3. art. 1. vers. Dubium autem deinde, & Azorium d. lib.
7. Inst. Moral. c. 7. quest. 11.

Porrò has oblationes à decimis & primitiis ita
distinguimus: quòd oblationes immediatè sicut
Deo, divini cultus causâ, licet postea in Sacerdo-
tum vel alium pium usum cedant; Decimæ vero
similiter quidem Deo persolvantur, sed prospectu
domini supremi, quod sibi Deus in omnes reser-
vavit, tametsi & hæc in usum quoque Clericorum
convertantur. Et primitiæ præstantur testandi
grati animi causâ, propter primosteriæ fructus
feliciter edatos ex benignitate Dei.